

Monseigneur

308

No 55

Exaratae Illustrissima Vestra Excellentiae die 24.  
Augusti literae, sufficienter me benevolam ejus asse-  
curarunt in negotiis meis recordationem, quam debi-  
tam semper veneror gratiarum actione ac continuandam tenere rogo; sperabam quidem illas in oras me-  
ipsum venturam discessurumq; ulterius pro restituenda  
sanitate mea ad Thermae Germaniae quod est sub-  
secutum fuisset, si pecuniae sic fuissent mihi exsolu-  
tarum intuitu tot mihi facta sunt ab Augustis S<sup>a</sup> Re-  
giae Majestatis Domini nostri clementissimi diffi-  
cultates, ut eas exacte recensere nimis esset longum,  
earum quippe exsolutio per Consiliarium Schüller  
a Magistratu hujus loci s: uti jam percipis; tam-  
ante quam post festum S. Joannis, serio non est sollici-  
tata, calvā sua hac excusatione, ac si quietationem  
S. R. M<sup>tis</sup> super huncce terminum, demum aliquot post  
festum S. Joannis accepisset Dresdā septimanas, cum  
tamen eadem quietatio Magistratui prius non extrahitur  
donec integra summa termini est soluta, ac ideo urgere



eam satis superque potuisset ut solutio interim inciperetur, et forsitan eandem quietationem Regiam penes se etiam habuit ac tam diu occultavit, sicut fecerat cum Decreto Regio mihi extradendo de quo Illm<sup>e</sup> Vra Excell<sup>a</sup> expressè respondit, se illud non habere, cum tamen postea ipse confessus sit, id jam à tempore festificationis S. Mariae in manibus ejus fuisse. Porro varias ambages atq; protelationes et quando idem Consiliarius Schüller ex curia 25612 floren: et 21 grospos domum suam si nescio quâ intentione jam deportasse fecerat, tandem die 27. et 28. Augusti, eandem summam mihi extradidit, et in Curia à 25. ejusdem mensis usq; hodiernum diem quingvagenta et unum mille floren: soluti sunt, ut si junctis ambobus sumis parum super tertiam hujus termini partem efficiat; quid nunc vias subsequetur, tempus monstrabit quando Magistratus, certum tempus totalis exsolutionis denominare lens, per Consiliarium Schüller non continuo ac serio licitatur, utpote qui alias per se non festinaturus

ac ideo non sine effectum fore puto, si Illm<sup>a</sup> Vstra Excell<sup>a</sup> quod valde rogo dignaretur pro me effectuant S. R. M<sup>is</sup> ex Cancellaria Germanica ad Magistratum literas, ut exsolutionem hujus termini acceleraret per hanc nemini nisi Mandatario ad receptionem constituto Meo extraderent, Consiliario autem Schüller injungatur eandem ut omnibus urgeat apud Magistratum continuo modis, insimulq; ratione intermisit antea sollicitationis, debite reprehendatur. Accepta ista pecunia cuius intuitu non tantum innumera patior damna, verum etiam sic magnis comorari debui expensis, iter meum, pro curanda per febres sanitate mea, instituere adhuc possem, ac de coetero Illm<sup>a</sup> Vra Excell<sup>a</sup>: ulteriori benigne provalentiq; promotione mea negotia, atq; Me Ejusdem constantis amicitiae affectui quam optime commendans, omni veneratione, nis ductu, efficaciorumq; promptitudine, incesanter maneo,  
 Monseigneur,

De V<sup>re</sup> Excell<sup>a</sup>

le tres humble  
 oblige & serviteur

Gedani die 1. Septembris.  
 a<sup>o</sup> 1711.

Ferdinand. Duc de  
 Andri.



300.

Pelplinus Dux Surlandia  
G. 1.bris 1711